

ἐξέπεσον καὶ τῆς χώρας οἱ Σαλασσοί Strab.), quas deinde aliquamdiu ex Victumulis sitis ad Ticini ostia exercuisse videntur (v. p. 715), donec a. u. c. 654 *deducta colonia est Eporedia Mario VI Valerioque Flacco consulibus* (Velleius 1, 15) iubentibus ita libris Sibyllinis\*), omnino propter fodinas illas Eporediae proximas. Nec tamen res ex voto successit. Nam dum consules proconsulesque Salassos lacesunt et hi rursus in aquarum viarumque possessione constituti legulis negotiantibusque iniurias inferunt (Strab. l. c.; Appian. Illyr. 17), nova colonia parum crevit (Strab. l. c.: Ἐποραϊδίαν Ῥωμαίων ἀποικίαν συνήκισαν μὲν φρουρὰν εἶναι βουλόμενοι τοῖς Σαλασσοῖς, ἔλθον δ' ἀντέχειν ἐδύνατο οἱ αὐτότε, ἕως ἠφανίσθη τὸ ἔθνος), donec debellatis Salassis a. u. c. 729 conditaque altera colonia Augusta Praetoria pacis perpetuae bonis Eporedienses quoque frui coeperunt (Strab. l. c.: νῦν εἰρήνην ἄγει πᾶσα ἡ πλησιόχωρος μέχρι τῶν ἄκρων ὑπερβολῶν τοῦ ὄρους). Extant praeterea epistulae duae D. Bruti ad Ciceronem datae a. 711 Eporedia (Cicero ad fam. 11, 20. 23) adnumeratque Tacitus (hist. 1, 70) etiam Eporediam *firmis-simis Transpadanae regionis municipiis*. In Notitia occidentis p. 121 in-

\*) Plinius h. n. 3, 17, 123: *oppidum Eporedia Sibyllinis a populo Romano conditum iussis*. Clade Romanis a Salassis illata a. 611 *decemviri pronuntiaverunt se invenisse in Sibyllinis, quotiens bellum Gallis illaturi essent, sacrificari in eorum finibus oportere* (Obseq. 21). Fortasse ut plinius huic oraculo satisfaceret quam tum factum est missis duobus ex decem viris illis (Dio fr. 74, 1), post tempus Eporedia condita est in ipso Salassorum agro.

venitur *praefectus Sarmatarum gentilium Quadratis* (de his vide p. 715) et *Eporizio*. — Eporedienses census esse in tribu Pollia et domestici quidam tituli innuunt et externi ita urbanus Donat. 314, 3: *C. Annio C. f. Pol. Prisco Eperodia* (immo *Eporedia*) et Moguntini duo . . . *rius Ma . . . conis f. Pol. Eporedia* (Brambach n. 1192) et *T. Virius T. f. Pol. Optatus Eporedia* (l. c. n. 1224).

Ad formam rei publicae quod attinet, colonia eo deducta civium Romanorum fuerit necesse est, cum coloniam Latinam nullam in Italia deductam esse constet post Aquileiam (v. librum meum de re monet. Rom. p. 311); quapropter quod Tacitus l. c. Eporediam inter municipia recenset, item quod Plinius coloniis Augustis Praetoriae et Taurinorum oppidum Eporediam opponit, Ptolemaeus ex duobus Salassorum oppidis Augustam neque Eporediam coloniam dicit, non eo referri potest, quod Latinae coloniae civitate adepta municipia facta sunt (v. p. 83). Immo antiquam coloniae formam mansisse confirmat, quod cum municipiis huius regionis certis quattuorviri praeesse soleant, hic duoviri inveniuntur (v. n. 6791. 6796. 6797. 6955). Inveniuntur item *aediles* (n. 6788. 6790. 6796) et *quaestores* (n. 6788. 6796). *Flaminem divorum Augusti Vespasiani Traiani* reperies n. 6797. Nec desunt *sexviri et Augustales* (n. 6777. 6787. 6792) sive *sexviri Augustales* (n. 6795) sive *sexviri nude* (n. 6786. 6789. 6793. 7033).

Titulos repertos in vicis Ivreae proximis Birola et Chiaverano cum Eporediensibus contribui.

6777 post Eporedienses. — Romae GRUT. contra cod.; refragatur item Augustalitas in titulo commemorata.

MERCVRIO · SACRVM  
M · ATTIVS · PATROBIVS  
VESTIARIVS · TENVIARIVS  
uVir · ET · AVGVSTAL  
5 OB · HONOREM · AVGVSTAL

Codex Palatinus 833 saec. XI f. 54 (inde Grut. 1067, 8).

Versuum divisio incerta. — 4 CIVVS codex pro VIVIR.

6778 Eporediae in muro Ibidem.  
portae domus Augustini  
de Aira.

DIVOM · FVLGVR DIVOM  
CONDITVM FVLGVR  
CONDITVM

Antiquus saec. XVI 'de Eporedia' (cod. bibl. reg. Taurin. 681), ad secundam adnotans: 'in eodem loco, sed aliter scriptum'.

6779 Ivreae in hortis Perrone VERN., hodie Giusianae.

Q · L · S · D · C  
aquila  
coronam  
tenens

Contuli. Vernazza ms.

6780 tabula. Eporediae in hortis Giusianae.

imp. e / AESAR  
C · MESSIO  
Q · TRAIANO  
D · ec IO

Contuli. Gazzera ms. et act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 8.

1 AESAR scalpro ita deletum, ut legatur; reliqua intacta.

6781 Ivreae in hortis Giusianae.

IO · C · F  
leg. PRO · PR  
patr. ONO · D · D

Contuli. Gazzera ms. et act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 34.

6782 in lapide magno et albo. Eporediae apud templum divi Stephani.

miles eques  
AVRELI · VITALIS  
CENTVRIONIS · LEG  
III · FLAV · QVI · VIXIT  
ANNOS · XXXVI · POS  
5 SVERVNT · AVRELIVS  
PROCIANVS · CONSO  
BRINVS · ET · RESIA · CA  
IA · CONIVX · KARISSIMA

Ex schedis nescio quibus saec. XVI Bagnolus ms. (inde Gazzera in act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 26 tab. 5).

1 VITALI · ET (ET deletum) traditur. — 6 PROCIANVS traditur.

6783 Eporediae in hortis Giusianae.

/ MARCO · CEN  
III / LAV · MIL  
/ / / / AVI / /

Descripsi.

6784 Ivreae in hortis Perrone VERN., nunc Giusianae.

D M  
VALERIVS  
IENVARIVS  
CIRCITOR  
5 DE VIXILLATI  
ONE CATAFR  
CTARIORVM  
AVR · EXVPER  
CIVI SV  
10 REFVS

Contuli. Vernazza ms. memorat; Gazzera ms. et act. Taur. ser. 2 vol. 14 p. 14, ubi lapide expressit (inde Henzen 6832 a).

4 de lectione ne dubita. — 10 harum litterarum vestigia incerta sunt.